

conferta adductaque inuicem, vt orbiculato ambitu effigiem imitentur oculi. Nascitur in locis montosis & argillofis. Sunt & qui ipsum supra domicilia ferant. Vis ei perfrigerare & astringere. Quamobrem folia tum per se, tum etiam cum polenta imposita, valent ad erysipelata, herpetas, nomas, oculorum inflammationes, ambusta & podagras. Succus autem ad capitis dolores cum polenta & rosaceo instillatur: morsis à phalangio potui datur, itémque profluuiò alui laborantibus atque dysentericis. Sed & teretes lumbricos pellit ex vino potus, & fluorem muliebrem sistit, in vellere subditus: denique oculorum lippitudinibus à sanguine obortis vtiliter inungitur.

De Semperuuo paruo. CAP. XC.

Semperuiuum minusculum in parietinis, petris & maceriis, nec non & scrobibus opacis nascitur: cauliculis ab vna radice multis, tenuibus: qui quidem crebris cincti sunt pusillis foliis, iisque rotundis, pinguibus, exilibus, mucronatis. Promit & à medio caulem palmum ferè altum, umbella floribusque tenuibus & ex luteo pallidis præditum. Folia eisdem cum priore viribus pollent.

De Semperuuo tertio. CAP. XCI.

Videtur & tertium esse semperuiui genus, quod aliqui portulacam agræstem aut

telephium vocauerunt, Romani Illecebram, pusillis foliis crassiusculis ad portulacæ similitudinem ac densis. Nascitur in petris. Vis ei excalearia, acris & exulcerans: impostumque cum axungia strumas discutit.

De Umbilico Veneris. CAP. XCII.

COTYLEDON aliis scytalium, seu cymbalium, folio est acetabuli instar orbiculato atque concauo, ita tamen vt cauum id aciem propè fugiat: breui in medio cauliculo, in quo semen inest: radice oliuæ modo rotunda. Radicis foliorumque succus cum vino circumlitus aut infusus, astricta pudenda laxat: herba verò inflammationibus, erysipelatis, perniunculis ac strumis, itémque stomacho æstuanti vtiliter imponitur. At folia cum radice comesa, calculos comminuunt, urinæque cient, & hydropicis ex mulso dantur. Est & ipsius herbæ vltus ad a-matoria.

De Umbilico Veneris altero.

CAP. XCIII.

EST porrò & alterum Cotyledonis genus, latioribus foliis, iisque pinguibus, ac ceu lingulas referentibus, densis confertisque circa radicem, & velut oculum in medio constituentibus, (quemadmodum de maiore semperiuuo dictum est) astringentis gustus, cauliculo tenui, in cuius summo flores sunt.

ſant & ſemina hyperici : radice maiuſcula.
Vſus eius ad eadem quæ ſemperuiui.

De Vrtica. CAP. XCIIII.

VRTICAE, quæ Græcorum plerisque a-
calyphe, aliis cnide dicitur, duo genera.
vna ſiquidem agreſtior eſt, aſperioribus, la-
tioribus nigrioribusque foliis, ſemine lini,
at minore : altera non æquè aſpera, minuto
ſemine. Vtriuſque folia illita ſale addito, can-
nis morſibus medentur: itemque in gangre-
nam vergentia, maligna, carcinode ſordida-
que vlcera, nec non & luxata, tubercula, pa-
roridas, panos & abſceſſus ſanant. Lienoſis
eadem cum cerato imponitur. Faciunt & ad
ſanguinis è naribus profluua folia ipſa cum
ſiccato trita & naribus indita : menſes quo-
que ciunt eadem detrita cum myrrha & ap-
poſita: ſed & procidentes vuluas admota re-
centia folia reſtituunt. Semen autem ex pa-
ſſo potum, Venerem ſtimulat, vuluamque a-
perit. Idem cum melle delinctum, ortho-
pnææ, lateris & pulmonum inflammatio-
nibus prodeſt: thoracem purgat, ac ſepticis
etiãnum medicamentis admilcetur. Por-
rò cum conchylis cocta folia, difficilena
ventrem emolliunt, inflationes diſcutiunt,
vriñasque cient. At cum priſſana decocta, vi-
tia pectoris excreabilia faciunt. Mulierum
denique mēſes et ocat foliorum decoctum,

Ff. j.

40 DIGSCORIDIS

cum myrrha modico potum. Inflammata
verò vram gargarizatus succus reprimi.

De Galio CAP. XCV.

GALIOPSIS, quam alij Galeobdolon
vocant, toto frutice cum caule & folijs
viticam refert. At læuora sunt folia, & valde
grauem odorem trita reddunt: flores verò
tenuis sunt ac purpurascens. Nascitur cir-
ca sepes, semitas adificiorumque arces ubi-
que. Folia, succus, caulis ac semen, durities,
carcinomata, strumas, parotidas & panos di-
scutiendi vim habent. Sed eiusmodi cata-
plasma addito aceto tepidum bis die impo-
ni oportet. Ex vsu est & herba decocto fo-
mere. Caterùm & ad nomas, gangrenas &
putrescentia vlcera, cum sale folia efficaci-
ter imponuntur.

De Gallo. CAP. XCVI.

GALLIVM, alijs galerium sive gala-
tium, nomen ex eo traxit, quòd coagulati
vice lac cogat & coagulet. Ramulum fo-
liumque habet a parine simillimum, rectum:
florem in cacumine lateum, tenuem, den-
sum, copiosum, odoratum. Flos igni ambu-
ris illinitur, sanguinisque profusio sistit.
Admixtus & oleo rosaceo, insolatusque vs-
quedù albescat, medicamentum sit acopon, seu
leuadis lassitudinibus aptum. Radix Venere-
m soncit. Caterùm nascitur in palustribus.

De

De Senecione.

CAP. XCVII.

SENECIO, cauliculo est cubitali, subrubico-
 Secundo, foliis crebris & cruce modo
 per extremitates diuisis, sed minoribus mul-
 to: floribus in luteum vergentibus, qui qui-
 dem cirò dehiscunt ac deflorescentes in
 pappos abeunt. Atque inde etiam Erigeron-
 tis nomen Senecio apud Græcos inuenit,
 quod vere flores capillorum ritu canescant.
 Radix est supernacua. Nascitur porrò maxi-
 mè in maceris & circum oppida. Folia cum
 floribus refrigerandi vim habent, proinde-
 que illita cum vini modico aut etiam per
 sese folia, testium & sedis inflammationes
 sanant: quia & ex manna thuris cum reli-
 quis medentur vulneribus, tum iis quæ ner-
 uis inflicta sunt. Illiti quoque pappi per se
 cum aceto, idem præstant: verùm recentes e-
 poti, strangulant. Totus autem caulis si ex a-
 qua coctus cum musto potui detur, stoma-
 chi dolores à bile contractos perlanat.

De Thalsstro.

CAP. XCVIII.

THALICTRVM folia coriandri habet,
 at pinguiora: cauliculum rutæ crassitu-
 dine, in quo folia: quæ quidem trita, illitu
 diuturna vlcera ad cicatricem perducunt.
 Nascitur præcipuè in campestribus.

Ff. ij.

De marino Musco. CAP. XCIX.

MVSCVS marinus in saxis testis que piscium ad mare nascitur, capillaceus, gracilis, sine caule, valdè astringentis gustus: ad inflammationes & podagras, quas refrigerare opus est, efficax.

De marino Fuce, seu alga. CAP. C.

FUCI marini generibus quoddam latum, alterum oblongum & quadantenus puniceum, tertium candidum, quod in Creta nascitur iuxta terram, pulchrè floridum, neque corruptioni obnoxium. Omnia generam habent refrigeratorem, in cataplasmatibus, ad podagras & inflammationes efficaciter vtilem: verùm his adhuc humentibus vti conuenit, priusquam exarescant. Nicander puniceum asserit aduersus serpentes valere: idipsùmque est quo existimauère nonnulli colorem suum mentiri mulieres: cum tamen radícula sit eiusdem nominis, qua sese fucant.

De Potamogetone. CAP. CI.

POTAMOGETON, folio est betæ simili, denso & paululum supereminente extra aquam. Porro refrigerat & astringit, proindeque conuenit pruriginibus, ac depalcentibus vetustisque vlcerebus. Nomen autem ex eo inditum est, quòd in paludibus & aquis locis nascatur.

De